

est, vt ager vel fundus in parte redactus ad culturam, non potest dici rumpi nec de nouo coli in altera parte inculta ipsius fundi, secundum Abb. in terminis consil. 71. num. 2. vol. 1.

15 Et si Sylua cedua 30. in ordine, in versicul. notalis ff. de verb. signif. non loquitur in hoc casu, nec in terra rupta & culta, sed in ea, quae est preparata ad rumpendum & colendum, vt contingit, quando se voca, y desmonte, o se quem a el pasto para el dicho efecto: vt significant verba illa legis, terra praeparata, id est, antequam aretur, vt proinde melius fructificet, vt ibi in quit gloss. verb. casa, & probatur ex eodem tex. in versicul. sequenti, ibi integra autem est, in quam nondum dominus pascebat, gratia pecui immisit. Et hoc significat verbum, praecido, vnde deducitur verbum praecisa dicitur. scilicet, Cortarantes, vt per Anton. Nebiffen in suo dictionario Latino ver. praecido.

16 Probatur etiam haec responsio argumento a fortiori per tex. in l. pater filium, §. quidem, ff. de legat. 3. vbi res prohibita alienari, si semel alienetur & exeat a familia, perpetuo remanet alienabilis, & eodem modo

17 res patrimonii, si quae semel ab eo exiit, non potest extrahi a consanguineis in posterum, iuxta late tradita per Tiraquez. de reeractu Imagin. §. 1. gl. 9. nu. 159. & Anton. Gomez. in l. 40. Tauri, nu. 3. in fine, & in l. 70. num. 24.

18 Quoniam si semel ius radicatum amplius perdi non potest per superuenientiam alicuius nouitatis, ex doctrina Bal. in c. 1. de eo, qui pro se & hered. suis, in vrb. feud. relata per Suar. allegat. 27.

Secundo respondetur suprad. obiectioni, quod ex cultura vna, & pluribus factis d. defensionem ante tempus prohibitionis d. l. 22. remansit permiffum, vt in posterum possit coli, quotiescunque dominus d. fundi vel

19 lenti, itaq; si remansit in libera & mera facultate dominorum id facere posse, quoniam id, quod nobis a lege conceditur pro conseruatione iuris quaeriti, non est ius, sed facultas, vt in d. l. in re mandata, C. mandat. & in l. si constitutus, §. si maritus, ff. solui. matr. & est doctrina Bar. in l. ff. de condit. ex l. quam sequitur Ripa in l. quo minus, nu. 98. ff. de sum. & ea, si quae consistunt in facultate alicuius, non sunt praescripibilia, nec per non vsum amittuntur, vt in l. viam publicam, ff. de via pub. l. Proculus, ff. de damn. infect. l. si in mo fundo, ff. de aqu. plu. arcend. tradit late D. Cou.

20 l. si in mo fundo, ff. de aqu. plu. arcend. tradit late D. Cou. l. si in mo fundo, ff. de aqu. plu. arcend. tradit late D. Cou.

21 in regul. possessor. secunda parte, §. 4. nu. 6. Neque per mille annos amittitur facultas actum faciendi, vt tradit Roch. de Curt. de consuec. sectione 4. nu. 76. & 77. fol. 65. in paruis, Aym. Craxet. de antiquit. tempor. quarta parte prin. in cap. incipienti, materia ista nu. 98. & 99. fol. 217. in paruis, vbi plura refert, quae in propositum conducunt. Maxime, quia si domini huius fundi aliquibus annis desierunt colere d. defensionem, fuit, quia terra erat lassata, & vt requiesceret, & in posterum melius fructificaret, vt fieri solet & decet: nec praed. concilium de la Mesa, aliquam possessionem habet, nec habere potest, vt amplius non colatur d. defensa per supra dict.

22 Tertio, si quia dato sed non concessio quod postquam d. defensa coli desinit, in ea palceretur pecus de la Mesa, hoc non sufficiebat ad acquirendam possessionem, ad praescribendam culturam, nec, vt praedict. fundus ad solum pastum reduceretur, quia hic est actus negatiuus: & in actibus negatiuis est necessaria prohibitio ad praescribendum, quia in eis non incipit praescriptio, nisi a tempore prohibitionis & patientiae partis aduersae, hoc est, a tempore, quo praed. prohibitioni acquisceat pars, contra quam induci vult praescriptio, vt in l. qui luminibus, & in gloss. ff. de seru. vrb. praed. & in l. C. de seru. & aqua, vbi Doctores praecipue D. Anton. de Padilla, num. 14. & communem testatur D. Couar. in d. §. 4. nu. 6. versicul. huic sano obiectioni. Et in nostro casu nunquam interceffit prohibitio aliqua ne coleretur dict. defensa pro parte dict. concilii de la Mesa, cum vellent domi-

ni ipsius eam colere, nec ipsi confererunt alicui prohibitioni, quam doquidem nulla facta fuerit, & nunc, quod prohibetur, reclamant & contradicunt, & super hoc verfatur praesens litis.

Vltimo considerari oportet, quod dictus iudex minime potuit aliqua pena plectere praedictos rusticos, qui colerunt praed. defensionem, etiam si praed. cessarent, prout non cessant, quoniam iuxta instructionem datam praed. iudici a Summo Consilio Regali, quae est in processu, non potest condemnare in aliquo rumpentes defensas prohibitas, ante datam d. instructionem, sed tantum eos, qui postea ruperunt defensionem prohibitam rumpi. Et hi rustici non ruperunt defensionem prohibitam rumpi, nec post datam d. instructionem, & ita nullo modo in aliquam poenam incurrerunt. Et hoc est nostrum iudicium salua Dominationis Vestrae Illustris correctione D. Ioan. Gutierrez, subscripsit se huic consilio D. de Azevedo. Haec iuris allegatio fuit tradita dominis Regis iudicibus Regiae Cancellariae Vallisoletanae, qui quidem protulerunt sententiam diffinitiuam in causa in omnibus & per omnia, iuxta hanc allegationem. Deo gratias. Postea fuit supplicatum a praed. sententia pro parte concilii de la Mesa, & in gradu reuisionis fuit in totum confirmata & data exequutoria super dictis duabus sententiis conformibus reuocatoriis prima.

SUMMARI A.

1 Damnum vel periculum rei dotalis inestimatae ad mulierem pertinet, non vero ad maritum: nisi culpa mariti etiam leuissima damnum prouenerit, vt in nu. 2.

2 Hoc procedit, etiam si res estimata in dotem detur, ea tamen estimatione, qua emtionem non faciat.

3 Estimatio rei dotalis facit emtionem. Damnum vel incommodum dotis estimatae ea estimatione, qua facit emtionem, pertinet ad maritum, non vero ad uxorem.

4 Estimatio rerum dotalium tunc demum facit emtionem, quando estimatio fuit facta statim tempore traditionis, aut tempore, quo dos constituitur, vel paulo post, secus si postea.

5 Contractus alienationis a lege prohibitus iuramento non confirmatur, sed contrarium, & nu. 18.

6 Iuramentum non firmat contractum inualidum, nec validum reuocabiliter firmat, vt reuocabiliter, sed simpliciter iuramentum tantum est seruandum, secundum opinionem Porcii & aliorum, sed contra nu. 18. & 19. cum communi, & nu. 8. & 9. effectus, qui ex opinione supra d. Porcii sequuntur.

7 Metus reuentionalis simul cum enormi lesione sufficit ad rescissionem contractus.

8 Mulier decepta in estimatione dotis succurritur.

9 Mulier vendens simul cum marito rem vel fundum dotalem inestimatum doti traditum, & iurans alienationem in forma sufficienti, siue ipsius heredes, non possunt postea saluo matrimonio petere aliquid amplius, quam pretium conuentum in illa alienatione iurata, etiam si res alienata tempore soluti matrimonii plus valeat, & num. sequentibus. Quod si tempore alienationis minus valebat, adhuc soluendum est pretium consentium, vt in nu. 16.

10 Pretium in doti succedit loco rei.

11 Res emta ex pecunia dotalis cum consensu uxoris efficitur dotalis.

12 Venditibus marito & uxore simul cum iuramento rem dotalem inestimatum, etiam si ambo consueant recepisse pretium, nihilominus mulier postea soluto matrimonio potest petere a marito, vel eius heredibus totum pretium, quia ad eum praesumitur pertinuisse, vt experientia docet.

13 Pretium in doti succedit loco rei.

14 Res emta ex pecunia dotalis cum consensu uxoris efficitur dotalis.

15 Venditibus marito & uxore simul cum iuramento rem dotalem inestimatum, etiam si ambo consueant recepisse pretium, nihilominus mulier postea soluto matrimonio potest petere a marito, vel eius heredibus totum pretium, quia ad eum praesumitur pertinuisse, vt experientia docet.

17 Ratione dubii euentum reputari in sum pretium debet, quod tempore alienationis reputatur istum, etiam si postea aliud succedat.

18 Iuramentum habet vim duplicis consensus.

19 Cap. quomodo pactum, vbi iuramento firmatum, de pactis in 6. intellectus.

20 Actus agentium non operantur ultra intentionem eorum primitiuam, vel secundariam.

21 Iuramentum super facto in alienatione rei propria extenditur ad omne ius dependens ab illo facto, super quo iuratur, & c.

22 Donatio inter virum & uxorem, ex qua maritus non est factus locupletior, non censetur prohibita a iure.

23 Donatio inter virum & uxorem iuramento confirmatur, secundum veritatem & receptissimam sententiam.

24 Donatio inter virum & uxorem ad hoc, vt morte donatoris confirmetur, requiritur traditio, & nu. 26.

25 Iure succorsum, ff. de iure dotium, intellectus: & numer. seqq.

26 Speciale est in causa dotis, & inter coniuges, vt minor lesio, quam diuisio, sufficiat.

27 Verba circumuentus & circumuenta, aliquando significant lesionem re ipsa absque dolo.

28 Valor rei ad sciendum, an lesio interuenierit, necne, tantum consideratur tempore contractus, non vero ulteriori.

29 Specialis renuntiatio, etiam non iurata, tollit remedium l. 2. C. de rescind. vendit. idem operatur iuramentum maioris 25. ann. non tantum speciale, sed etiam generale, de non veniendo aduersus contractum, venditionis.

CONSILIVM XXII.

IN Nomine Domini nostri Iesu Christi, Amen. Casus praesentis consultationis est: Maritus quidam simul cum uxore, vendidit rem immobilem in dotem datam inestimatum pro certo quodam eodemque iusto pretio tempore traditionis, in super & mulier iurans solemniter, venditionem renuntiando in re illa bonis dotilib. & eorum hypotheca atque privilegio, postea cursu temporis res illa penes motorem creuit in valore, dubitatur; An postea soluto matrimonio vxor vel ipsius heredes possint iure optimo a marito vel ipsius heredibus, nomine dotis ultra praed. pretium petere valorem, siue id, quod interest illius augmenti intrinseci rei dotalis venditae, quod ipsa haberet in re ipsa, si venditio non fuisset, vel ei satisfiat per maritum & eius heredes, soluendo tantum illud pretium, quod maritus recepit ex venditione dict. rei?

1 Primo videtur tradendum, quod vxori ipsiusq; heredibus vtrumq; soluendum sit & pretium & interesse augmenti: nam augmentum siue diminutio, damnum vel periculum rei dotalis inestimatae ad mulierem pertinet, non vero ad maritum: est in l. plerumque in princip. vers. quoties ff. de iure dot. expressa l. 18. vers. mas si apreceda

2 in. in par. 4. Quod procedit, etiam si res estimata in dotem detur, ea tamen estimatione, qua emtionem non faciat, praeterquam si culpa mariti, etiam leuissima, damnum proueniat, vt in dict. iuribus probatur, & in l. 9. tit. 1. part. 4. tradit Couar. in pract. quest. capit. 28. num. 4.

Ergo cum praed. res ab initio in dotem fuerit data inestimata, merito, quod ipsius augmentum ad vxorem ipsiusq; heredes pertineat, vt in dictis iuribus, praecipue in d. l. Regia 18. vbi, En qualquier tiempo que venga, scilicet, el danno, o el pro. Et quomodo ratione proprii consensus iurati excludatur mulier a petitione suae rei propriae, cum augmento, poterit tamen petere valorem siue interesse ipsius incrementi intrinseci ab heredibus viri.

3 Nec obstabit, quod estimatio rei dotalis faciat emtionem, vt in l. quoties, & ibi Doct. C. de iur. dotal. l. ex

conuentione, & ibi Doct. C. de pact. l. 1. tit. 1. p. 5. latissime per D. Cou. vbi sup. c. 28. pract. per totum.

At vero si commodum & incommodum dotis estimatae ea estimatione, qua fecit emtionem, pertinet ad maritum non vero ad vxorem, vt in leg. cum dos em, C. de iur. dot. & in d. l. plerumque, §. sed si ante, & in d. l. 18. in prin. sed in venditione praed. iurata, quam fecerunt vir & vxor, fuit estimata d. res dotalis certo pretio, imo ipso vendita; Augmentum autem igitur postea causatum pertinet ad maritum, & ipsius nomine ad emtorē, non vero ad vxorem, neque ipsius heredes, nec respectu eius, quod interest contra maritum. Nam respondet, quod tunc demum estimatio rerum dotalium emtionem facit, quado fit statim tempore traditionis, aut tempore, quo dos constituitur, vel paulo post; secus autem erit, vbi semel doctē tradita & constituta, ex intervallo postea matrimonio constante fit estimatio. Haec enim non facit emtionem, cum non sit verosimile, contractantes per nouationem a prioris contractus lege discessisse: & praeterea nec donatio fieri possit inter virum & vxorem. Ita tenent Bald. & ceteri scribentes ex d. l. ex conuentione, sequitur plures alios referens Couarr. vbi supra. num. 10. col. penult. versic. 11. Praeterea estimatio & constitutio pretii in proposito fuit facta respectu tertii, hoc est, emtoris, non vero eo animo, vt cum marito emtionem inducerent, actusque agentium non debet ultra eorum intentionem operari, vt in l. non omnibus, ff. si cert. peti.

Secundo si & principaliter haec pars probatur: quia quotiescunque contractus alienationis a lege est prohibitus; tunc iuramento non confirmatur, argumento l. non dubium, C. de legib. & in terminis athen. sacramenta puerum, C. si aduersus vendit. retuli auctores hoc tenentes ibidem, nu. 23. & inter eos Porcium dicentem, quod haec opin. Ultramontani communiter imitari sunt. Et inquit Angel. consil. 160. col. 2. quod quando contractus est ipso iure nullus, non potest firmari iuramento; quia dicitur impossibilis confirmatio, nisi praesupponatur aliquid subiectum confirmabile, vt probatur in cap. auditis, de elect. & in cap. prudentiam, vbi ita dicit Innocent. de officio deleg. sequuntur plurimi relati per Roland. a Valle consil. 7. num. 39. & sequentibus lib. 3. & consil. 60. num. 76. lib. 4. & vtrouque refert Socin. Iun. dicentem, quod licet in practica ista opinio non sit multum tuta, quia multi tenent oppositum, tamen restringendo eam, quando contractus esset omnino inualidus de iure communi, videtur quod de iure praecedat eamque appellat magis communem. Ergo cum l. Julia prohibeat alienationem fundi dotalis, vt per totum ff. de fund. dotal. merito quod iuramentum mulieris non confirmet ipsius alienationem. Si ergo non confirmat, non excludetur mulier saltem impetrata absolute a iuramento a petitione rerum suarum cum dotali augmento.

Quod etiam procedit, si teneamus opinionem Porcii in §. extraneis. Institut. de hered. qualis. & differentia, nu. 11. quae habet; Quod iuramentum non firmet contractum inualidum, nec etiam contractum validum reuocabiliter, firmet irrevocabiliter, sed ipsum iuramentum tantum sit seruandum, & contractus remaneat in sua inualiditate vel validitate reuocabili. Quam opinio elegantibus comprobatur fundamentis; & praecipue ex text. in c. cum contingat, de iureiur. qui in nostris terminis loquitur, dum inquit, iuramentum seruari, non vero eo confirmari contractum, & ex text. in c. significante, de pign. & in c. debitoris, de iureiur. & probauit latius in re petitione d. athenica sacramenta puerum, num. 24. & 25. vbi retuli Cuman. huius opin. auctorem, & eam sequutos fuisse Fabrum, lafon. & alios relatos per Doct. Couar. in cap. quomodo pactum, de pact. in 6. secunda parte, §. 1.

numer. 7. Et nunc vltra eos allego Andream Alciat. di- centem, quod hec videtur receptor opinio, & eam se- quitur loquens in alienatione fundi dotalis, quod non firmetur iuramento, licet iuramentum sit seruandum, in l. pacta, que contra, num. 8. C. de pact. quem refert & se- quitur Ioan. Orosc. in l. iuris gentium, §. si pacifice. num. 4. & §. ff. de pact. quamuis referat contrariam opinionem esse comunem: eandem Cumani & sequacium late de- fendit idem Alciat. in d. cap. cum contingat, nu. 57. & seqq. Qua opinione retenta iam plures oriuntur effectus, q. ad nostrum propositum maxime conducunt.

8 Primus, q. quod iuramentum cum sit personale, vt in cap. veritatis, & ibi Doctores, de iur. iur. non ligabit heredes iurantis, nec ad ipsos transibit, sed tantum ipsam mulierem tenet: ita in terminis Porcius, Iason & Curt. a me relati vbi supra, versio. & primus. Et hic est noster casus: quia mulier, que iurauit alienationem, de- cessit iam, & ipsius filia tanquam heres petit valorem rei alienate secundum valorem hodiernum, qui est maior, quam tempore venditionis, licet tunc iusto pre- tio res dotalis fuisset vendita. Secundus effectus est, quod impetrata absolutione a p. d. iuramento contractus re- manebit, sicut si iuratus non fuisset, & per consequens inualidus, si a principio nullus erat, vel validus reuoca- biliter, si talis erat absque iuramento. Ita tenent supra dicti tres auctores a me etiam relati, vbi supra, in secundo effectus, vbi addidi quoq. tertium. ¶ Quartus est: quia poterit mulier, que rem dotalem alienauit cum iura- mento, eandem reuendicare a tertio possessore nō ha- bente causam ab emtore: ita in specie tenent Imol. Al- ciat. & Faber relati a Couar. vbi supra.

Tertio suprad. sententia coadiuuatur ex presump- metu reuerentiali mariti, quo mulier cum iuramento consentit alienationi fundi dotalis iuxta glossam l. 1. §. qua oneranda, verbo, metu solo, ff. quar. rerum actio. non. det. Qui metus licet solus non sit sufficiens ad rescin- dendam alienationem vel hypothecam rei dotalis fa- ctam cum iuramento, vt de iure probauit & retuli esse communem sententiam in capite primo, numero decimo quinto prima pars de iuramento confirmatorio. Vbi quod glossa illa debet intelligi probato metu per minas illa- tas, vel alio legitimo modo, tamen si cum metu reu- rentiali concurrat enormis lesio, bene habet locum re- scissio contractus, vt etiam tradidi dicto capite primo, numero decimo sexto: & prius in repetit. authentica, sacra- menti a pubertate, numero nonagesimo quarto. Sed in nostro casu datur metus reuerentialis mariti, item & enormis latio, scilicet, incrementi siue augmenti illius natura- lis; Ergo mulier siue illius heredes bene poterunt pe- tere, quod habeatur respectus ad valorem rei alienate tempore soluti matrimonii, quamuis ex hoc videatur recessum ab illa alienatione respectu mariti ipsorum- que heredum. Præcipue & quarto, quia consensus ille alienationis mulieris cum iuramento presertim tantum intercessit respectu securitatis tertii, scilicet, emtoris, vt ipse securus atque tutus sit in sua emtione a remedio, quod a iure mulieri competeret alias ob priuilegium rei dotalis, nisi ipsa cum iuramento alienationi consen- tiret. Non vero fit vllus contractus respectu mariti, nec cum eo, quoad pretium reddendum soluto matrimo- nio, nec vlla de eo fit mentio, an sit soluendum illo te- pore respectu æstimationis facte in ipsa alienatione, an vero iuxta valorem, qui adfit tempore, quo matrimo- nium soluitur, sed solum agitur de venditione rei do- talis in fauorem tertii & securitate ipsius, & actus agen- tium non debet operari vltra eorum intentionem, vt in l. non omnis, ff. si cert. pet. Obligacionum substantia, ff. de ac- tio. & obligat.

10 Quinto, q. quia si aliud diceremus, induceretur inde tacita donatio illius incrementi, seu pluris valoris ipsius,

quæ tamen est prohibita inter virum & vxorem, vt per totum C. & ff. de donat. inter virum & vxorem, ad co, vt iuramento non firmetur, vt tenet Bart. in l. ff. de donat. inter vir. & vxor. Quæ est communis opinio, vt retuli in d. meo tract. de iuramento confirmati. par. 23. nu. 6. ma- xime cum iuramentum in proposita specie non fit in- terpositum super hoc, sed tantum pro securitate em- toris, vt supra dictum est.

Sexto q. facit l. iuris gentium, ff. de iur. dot. & in l. si res, §. i. versio. emm vero, ff. de iur. dot. vbi mulier decepta in æstimatione dotis succurritur: & est communis opinio secundum D. Anton. de Padilla in l. 2. nu. 20. C. de rescind. vend. Ant. Gom. in l. 53. Taur. nu. 44. col. 2. & probatur ex- presse in l. 16. tit. 11. part. 4.

His tamen q. omnibus non obstantibus contrariam sententiam existimo de iure veriorum & in iudicando & consulendo esse sequendam. Imo, quod mulier ven- dens simul cum marito rem siue fundum dotalem, in- æstimatū doti traditum, & iurans alienationem in for- ma sufficenti, siue ipsius heredes non possint soluto ma- trimonio petere aliquid amplius quam pretiū iustum conuentum in illa venditione iurata tempore aliena- tionis: itaq. incrementum siue augmentum postea co- tingens, siue ipsius valorem vel interesse minime pete- re poterunt. Primo per tex. expressum non cauillando eum in d. cap. cum contingat, de iur. iur. Vbi expresse pro- batur, quod mulier debet huiusmodi iuramentum ser- uare sine vi & dolo, sed sponte præstitum, cum in alte- rius præiudicium non redundet, nec seruatum vergat in dispendium salutis æternæ, etsi huiusmodi consensu mulieris non videatur secundum legitimas sanctiones obligatorius. Idem probat tex. in cap. licet mulieres, de iur. iur. lib. 6. Quo igitur modo siue pacto poterit mulier hæc aliud petere quam præd. pretium conuentum cum iuramento, cum hic tantum agatur de ipsius, non alte- rius præiudicio.

Secundo q. principaliter hoc p. bo, quia in dote pre- tium succedit loco rei, ita probatur expresse in l. ita con- stant, ff. de iur. dot. cuius verba sunt hæc: Ita, constante ma- trimonio, permittitur dotem posse dicimus si hoc mulieris vi- le sit: vt ex pecunia in rem, aut ex re in pecuniam, itaque pro- batum est. Ecce igitur tex. expressum, vbi constante ma- trimonio permittitur licet dote ex re in pecuniam, si hoc mulieri vile sit, vel non damnosum, vt inquit gl. ubi l. d. de optime probat tex. in l. si ex lapidinis, ff. eod. tit. de iur. dot. vbi numeri recepti ex venditione rei dotalis cū vo- luntate mulieris sunt dati; Ergo pretium ipsum, non vero aliquid amplius poterit peti soluto matrimonio.

Item & tertio, q. quia ppter voluntatem mulieris vo- lētis, vt res aliqua ematur ex pecunia dotali efficitur res ipsa dotalis: ita pbat tex. expressus in l. ita gl. in l. res, que 55. ordino, ff. de iur. dot. l. ex pecunia, C. eod. tit. vbi gl. et- iam in l. 1. C. si quis alteri vel sibi, verb. constit. Soc. in reg. 347. fallent. 4. Alex. in l. si cum dotem, §. si n. 4. ff. sol. mat. Tra- que late de vtroque retractu prima pars, §. 32. glo. vnic. a nu. 10. cum seqq. & nu. 26. & Pal. Rub. in rep. c. per vestras, §. 62. nu. 4. §. 1. & expressa l. 49. ad stat. 5. p. 5. l. 1. tit. 4. lib. 3. for. Er- go ita ita in pposito consensu mulieris iurat. opabit, vt ptiū redactū ex venditione fundi dotalis efficiat dotale.

Quarto & in terminis allego doctrinā Pauli de Cast. in l. estimatis, n. 3. ff. sol. mat. vbi expresse tenet, quod mu- lier, que consentit alienationi rei dotalis, solum pote- rit soluto matrimonio petere a marito vel eius here- dibus æstimationem, q. erat tēpore alienationis, i. e. p- tium pceptū, quia fuisset in dote conuersum, vt inquit esse casum in d. l. ex lapidinis. Et licet Paul. loquatur in alienatione rei mobilis dotalis, idē eadē ratione venit dicendū in alienatione rei immobilis in æstimate in dote data: cū consensu iurato mulieris facta, quo pot. alienari, q. a Paul. ideo nō loquitur hoc casu, quia præsupponit, quod

quod res immobilis non poterat illo iure alienari, vt dicit ibi, nu. 4. non faciens mentionem d. c. cum contin- gat. Ergo cum iure canonico per illum tex. possit alie- nari i cum iuramento vxoris, sicut res mobilis cum solo ipsius consensu. Quemadmodum ergo in casu Pauli so- lum potest mulier petere æstimationem, quæ erat tem- pore alienationis, & sic pretium perceptū, ita & in no- stro amplius petere non poterit, cum in vtroque valeat alienatio propter consensum mulieris, accedente quo- que iuramento, cū alienatio rei immobilis in æstimate fit, vt in terminis tenuit & sic declarauit doctrinam Pauli eum sequutus in meo tractatu de iuramento confirmati. p. c.

15 Vbi retuli receptam illam opin. quæ etiam p- pposito nostro plurimum conducit, quæ habet; Quod vendentibus marito & vxore simul cū iuramento rem dotalem in æstimate, etiam si ambo cōsenteantur rece- pisse pretium, nihilominus mulier postea soluto matri- monio poterit petere a marito vel eius heredib. totum pretium, quia ad eum præsumitur peruenisse, vt expe- rientia docet contra Bar. consil. 124. incip. domina P. nupisti, numer. 1. & alios, quos etiam ibi retuli, & testatur ve- riorum & communem Rolan. a Valle consil. 64. lib. 1. vbi eam late probat, idem asserit plures referens Decif. Pe- demont. 43. nu. 5. quia maritus vxorem gubernat & ad- ministrat, imo de dotis dominio dicitur nec vxor eius vo- luntati resistere potest ad eum; spectat negotium. Er- go si mulier potest petere illud pretium, sequitur illo se- debere esse cōtentā, & nihil ampli. posse petere, cū ad- huc respectu dimidietatis pretii adfit varietas inter Dd. existimantib. quibusdam tm̄ dimidiū posse petere, non amplius, alii verius & crebrius totū pretium, vt ibi de- duxi d. nu. 4. Quinto q. & vltimo pro hac parte facit, q. si aliud diceremus, sequeretur absurdū, quod si res mi- nus valerēt vendita fuisset cum consensu vxoris iura- to, satis faceret maritus vel ipsius heredes, vxori vero il- lo, minori tamen valore, quam conuento pretio, vt cō- trariorum eadem sit ratio, item & augmenti & diminu- tionis commodi & incōmodi, iuxta iura vulgaria, quod minime puto dicendum nec tolerandum in proposito. Quia si mulier ipsa cōsentit cum iuramento alienatio- ni rei p. p. dotalis immobilis in æstimate, fuit ratione p. tii cōuenti, nō vero minoris, alias forsitan non cōsen- tura; Ergo illud sibi debetur & solui debet, non vero

17 minor valor. Item, quia sicut factū & cursu temporis creuit valor intrinsecus fundi dotalis absque facto ho- minis, potuit etiam contingere decrementum. Vnde ratione dubii euentus reputari debet pretium iustum, q. fuit conuentum cum consensu vxoris tempore alie- nationis, quod tunc reputabatur iustum, etiam si postea aliud succedat, argum. tex. in l. si ea lege 2. C. de vsur. & que ibi notant Bal. & ceteri Doctores, & in l. 1. C. de pact. & in l. de fideicommiss. C. de transact.

Superest modo respondere iis, quæ adductæ fuerunt pro prima parte. Et ad primum fundamentum respon- deo, verum quidem esse, augmentum siue diminutio- nem rei dotalis in æstimate vel æstimate, ea tamen æsti- matione, quæ emtionem nō fecit, pertinere ad mulie- rem. Sed in nostro casu, quamuis fundus fuisset in do- tem datus in æstimate, postea tamen fuit venditus du- rante matrimonio, certo eodemque iusto pretio cum consensu ac iuramento vxoris, ac proinde cum vendi- tio iurata huiusmodi valuerit iuxta cæcellarias sanctio- nes dominium ipsius translatum fuit in emtorem le- quata traditione, vt in l. irradionibus, cum similib. C. de pact. Cum igitur mulier dominium non habeat illius fundi soluto matrimonio, nec ipsius heredes, cōsequēs est, vt incrementum petere minime possint. Rursus non obstat responsio in fundamēto assignata, scilicet, quod ad hoc, vt æstimatio rei dotalis emtionem faciat, re- quiratur, quod ea fiat statim ab initio tempore confi-

tutionis vel traditionis dotis, vel paulo post: quoniam illud procedit in æstimatione, quæ fit inter virum & v- xorem, suoque consanguineos. Item & procedit in ca- su dubio, quo æstimatio rei dotalis facit emtionem, vt in d. l. quoties, cum materia, gl. in l. cum inter virum, C. de iur. dot. Traque plures referens de vtroque retractu, part. 1. §. 1. gl. 4. nu. 20. pag. 97. & nu. 108. pag. 107. Nos vero hic non agimus de ea æstimatione, nec sumus in dubio, sed de venditione fundi dotalis, quæ fit constante matrimo- nio per coniuges cum iuramento in fauorem tertii, cō- statque manifeste de intentione & voluntate expressā partium vendentium: sicque est verus & proprius con- tractus venditionis, ipsoque validus iuramento vxoris, velit nolit mulier soluto matrimonio. Et ideo augmē- tum vel diminutio postea intrinsece contingens perti- net ad emtorem, non vero ad ipsam mulierē nec ipsius heredes, nec etiam respectu eius, quod interest.

Ad secundum q. fundamentum prioris partis respō- deo, verius quidem & receptius esse totum cōtrarium, imo quod etiam contra nullus & a lege civili pro- hibitus iuramento cōfirmetur, præcipue alie natio fun- di dotalis, quæ non est perpetuo prohibita: quia si se- cūdo post biennium consentiat mulier, bene tenet, vt in authentica siue a me, C. ad P. alleian. Vnde fortius iura- mentum potest confirmare, quod prius non valebat, vt quasi pro consensu secundo habeatur: & iura in con- trarium adducta possunt intelligi de illis, q. perpetuam habent causam prohibitionis, & in sua natura turpia sunt. Ita glossa mag. in dict. cap. cum contingat, in versio- lo, præterea prohibitio, quam in eo, quod iuramentum ha- beat vim q. duplicis consensus, testatur approbatam Io.

19 Orosc. in l. iuris gentium, §. igitur auda, num. 6. ff. de pact. tradidi ipse in meo tractatu de iuramento confirmatorio, secunda pars cap. 2. nu. 15. ¶ Quod q. expresse proba- tur in cap. quamuis pactum, de pact. lib. 6. vbi, quamuis pactum, de quo in illo tex. sit nullum, quia id impro- bat lex civilis, vt ibi dicitur, firmatur iuramento, & i- psum pactum sic iuramento firmatum omnino seruari præcipit tex. ille, quo expressior inueniri non potest, cui textui necit dare respōsum Iaf. vbi supra, qui est de sequacibus Porcii. Per quem tex. hæc est communis & magis recepta sententia, vt iuramento contractus nul- lus & a lege civili reprobatus confirmetur, vt late de- duxi & probauit in dict. authent. Sacramenta pubertum, nu. 26. ad fin. & sequentibus, & in dict. tract. de iuramento con- firmatorio, 1. part. c. 1. nu. 3. Et vltra ibi dicta hæc est com- munis opinio, & vbiq. seruatur in practica secundum Marian. Socin. lun. consil. 32. nu. 16. & seqq. volum. 3. & consil. 47. num. 18. eodem volumine. Nec placet responsio noua a Ioanne Oroscio assignata in dict. §. si pacificar. nu. 5. ad dict. cap. quamuis pactum, & ad dict. authent. Sacra- menta pubertum. Nempe, quod in his nullus respectus vtilitatis publicæ, nec in consequentiam fuit, sed tan- tum obligantium se fauore pacta prohibentur, ideo firmantur iuramento. At in casu d. cap. cum contingat, & d. c. licet mulieres, qui alienatio fundi dotalis prohibe- tur, præcipue fauore mulierum, secundario vero fauore rei publicæ, cuius interest, mulieres esse dotatas, vt in l. ff. sol. mar. ideo alienatio fundi dotalis non firmatur iuramento, quia ratio hæc fragilis est; Quandoquidem sufficit confirmari alienationem fundi dotalis cum iura- mento respectu mulieris, quæ est principalis, quia eo ipso confirmabitur respectu rei publicæ, quæ est accessoria & secundaria in prædict. fauore, cum accesso- rium debeat sequi principale, eiusque vires capere, cum ab eo dependeat, iuxta regulam iuris vulgarem accessorium, &c. Ergo idem operatur iuramentum v- troque casu. Non etiam obest alius intellectus Alciat. in d. cap. cum contingat, num. 36. scilicet, vt dum dicitur in dict. cap. quamuis pactum esse seruandum, debemus re-